



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Prvdentia Ivstorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniae Agrippinae, MDCXIV

Cap. V. Monet fugam praelationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46940](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46940)

fenatoribus supernæ ciuitatis meæ,
vos duplici stola indutos, sedere faci-
am in fælicissimo regno meo.

CAP. V.

Monet fugam prælationis.

ATTENDITE filij, & ministri
Ecclesiæ meæ, quæ loquor: verba
enim à sapientibus mundi abscondita
pronütio. Ego palàm locutus sū mūdo,
& primos accubitus, primasq; cathe-
dras recusavi. Factus sum inter disci-
pulos meos, tanquam qui ministrat: &
fugi solus in montem, ne turbæ me ra-
perent, & constituerent regem super
se. Ego Deus absconditus, & tectus pal-
lio humilitatis, & laboris, quo seruire
me fecistis in peccatis vestris. Non e-
go clarificaui me ipsum, nequè hono-
rem, aut prælationem mihi sumpsi; Sed
clarificauit me prius percussus, & hu-
miliatum Pater meus: vt ascenderem
de abiectioe ad honorem, quasi radix
de terra sitienti: Non ego occupauit
regnum, sed vocatus, & constitu-
tus sum Rex ab eo super Sion mon-

tem sanctum eius: non ut mollibus vestirer, sed ut prædicarem cum labore suauissimum præceptum eius. Quocirca filij mirabile est, quomodo sine timore meo, & sine propriæ infirmitatis cognitione, prælationes quæritis, atquæ requiritis? Quem magistrum imitami, filij mei? Quomodo non palpitat vobiscor, dum sollicitudine multa, per interpositos quoquæ terre principes, in quibus non est salus, quæritis fieri, & poni custodes in vineis, qui vineam vnicam propriæ conscientiæ nõ custodistis? Qui domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit? Quid dicam vobis, qui vestræ damnationis diligentissimi operatores estis? Certè sancti mei, quos præesse æquum erat, timentes ne alios saluos facere conantes, ipsi reprobifient, prælationem accuratissimè fugerunt. Sciebant enim Saulem, quasi vnius anni puerum innocenter regnare cæpisse, & regno abutentem in æternâ damnationem incidisse, quamuis principio suæ assumptionis, non fuisset vir melior illo in Israel. Honores, & dignitates

gnitates cor inebriant: & à casto timore Dei etiam viros iustos auertūt. Propter quod, filij mei, gens sancta, & vncta oleo sanctificationis meæ, estote humiles in oculis vestris, & prælationem studiosissimè cauete. Profectò in Ecclesia primitiua, quæ feruebat calore sanguinis mei, prælatio, & mors comites erant: quia tyranni Episcopos primùm ad necem postulabant: & idcirco vanitas honoris, & diuitiarum, pura corda prælatorum à me non diuertebat: Nunc verò quando non imminet, occasio mortis, & suppetunt honor & cōmoditas, timor atq̃ conscientix prælationem diligentius vitare deberent. Ego scio quos elegerim discite modestiam, & de vobis ipsis humiliter sentite. Non respicio staturam hominis, sed cor sapiens, & intelligēs. Qui idoneus est, ex ipsis speluncis ad prælationem accipietur: nam & Pater meus, cum placuisset illi Dauid, de post foetantes accepit eum, pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Hæc cogitate filij, & æstimate: atque subesse potius, quàm præesse

contendite. Et ego vos fidelissimos ser-
uos meos, honoribus æternis exaltabo.

CAP. VI.

Admonet Religiosos.

CHARISSIMI filij, quos è sæ-
culi mari magno ad statum Reli-
gionis misericorditer vocavi, habeo
aduersum vos multa lachrymis digna,
quæ attentè cogitare, & corrigere de-
betis. Ego plantavi vos in paradiso
meo, vt perfecta renuntiatione omniũ
rerum, & abnegatione propriæ volun-
tatis, & iudicij, sequeremini me reni-
bus accinctis, & quasi lactucas agrestes
manducantes, in transitu huius vitæ,
confitentes quia peregrini estis super
terram, & ad patriam Cælestem festi-
natis. Segregavi vobis dilectis meis,
humanas consolationes respuentibus
pluuiam voluntariam internæ visita-
tionis. Sic enim ego solari consuui
ablactatos à lacte, & auulsos ab vberi-
bus. Suscitavi vobis patres Religionũ
fundatores, qui fidelissimo corde fece-
runt omnes voluntates meas: & altera
manu